

2015 NJCL Advanced Poetry Reading Comprehension Test

All the passages on which this test is based are printed on the LAST sheet (pages 5-6) of this test. If you like, you may tear it off now so that you may refer to it more easily while you answer the questions.

The questions begin on the back of this sheet (page 2).

**Passage 1 — Catullus, *Carmina*, IX
amīcus domum revenit**

1. quem poēta in hīs versibus appellat?
A. sē B. suōs amīcōs C. Vērānium D. amīcōs Verānī
2. quot amīcōs habet poēta?
A. III B. CCC C. MMM D. CCC
3. quis Vērānium **nōn** exspectat?
A. pater B. māter C. frātrēs D. Penātes
4. quō modō frātrēs Vērānī adventum eius habent?
A. sicut poēta B. magnā cum īrā C. sunt trīstēs D. sunt incertī
5. quō modō poēta Vērānium excipit?
A. maximā cum īrā B. laetē C. poēta est anxius D. dīligerter
6. quō modō Vērānius domum revenit?
A. sine amīcīs B. sollemniter C. magnā lassitūdine D. tūtē
7. quō ex locō Vērānius domum revenit?
A. ex Hispāniā B. ex Hiberniā C. ex Helvētiā D. ē Graeciā
8. dē quō poēta **nōn** audire exspectat?
A. dē geographiā B. dē gentibus C. dē amīcīs D. dē factīs
9. quid poēta ad adventum Vērānī faciet?
A. eum amplectētur B. ex Hibēriā discēdet C. sūaviter cantābit D. bene cēnābit
10. quis est beātior quam poēta?
A. frātrēs Verānī B. nēmō C. hominēs omnēs D. Vērānius

**Passage 2 — Vergil, *Aeneid*, IX.459-472
Rūtulī (mīlitēs Turnī) contrā Trōiānōs (mīlitēs Aenēae) bellum parant**

11. quō tempore diēi incipit fābula?
A. sōlis occāsū B. vesperī C. mediā nocte D. prīmā hōrā
12. quis terrās lūmine spargit?
A. Tithōnus B. Aurōra C. Turnus D. cubīle
13. quis est Tithōnus?
A. deus sōlis B. amātor Aurōrae C. frāter Aurōrae D. deus caelī
14. quālis est lectus Tithōnī?
A. novus B. croceus C. prīmus D. liquidus
15. quid sōl facit?
A. Turnum terret B. omnia retegīt C. arma creat D. virōs Turnī circumdat
16. quid Turnus prīmum facit?
A. virōs suōs excitat B. arma dēpōnit C. ē bellō discēdit D. mīlitēs suōs prēmīt
17. quid mīlitēs Turnī contrā faciunt?
A. hastās acuunt B. clāmant C. īrās premit D. capita sua sustulit
18. quōrum capita in hastīs praefixa videntur?
A. mīlitum B. Euryalī Nīsīque C. amīcōrum Turnī D. Rutulōrum
19. quī sunt Aeneadae?
A. mūrī ingentēs B. vīrī Aenēae C. stellae D. mīlitēs Turnī
20. ubi Aeneadae collocantur?
A. in amnī B. intrā mūrōs C. ad dextram mūrōrum D. adversum Rutulōs
21. quis/quid dexteram partem mūrōrum cingit?
A. amnis B. Aenēas C. Turnus D. turris
22. quō modō mīlitēs Aenēae respondent ubi Nīsum Euryalumque vident?
A. fortiter B. magnā cum dīgnitāte C. cum gaudiō D. sunt commōtī
23. quālia sunt ōra Nīsī Euryalīque?
A. contenta B. callida C. candida D. cruenta

**Passage 3 — Walahfrid Strabo, *de Cultura Hortorum*, XV
Līlia**

24. quōs flōrēs poēta in hīs versibus dēscribit?
A. līlia B. rosās C. viōlās D. rhododendra
25. quō colōre sunt flōrēs quōs poēta dēscribit?
A. ātrō B. rubrō C. niveō D. croceō
26. cūr poēta in p̄ncipiō queritur?
A. quod nōn potest sine līliīs habitāre C. quod satis līliōrum nōn habet
B. quod nōn potest līlia satis laudāre D. quod līlia omnia mortua sunt
27. quālem odōrem flōs p̄rōducit?
A. foedum B. nūllum C. fortem D. velut silvās Sabeās
28. quid est “Pariūs . . . lapis?”
A. marmor candidum B. arbor alta C. patria poētae D. hēros Trōiānus
29. cūr anguis appellātur “perfidus?”
A. quod venēnum ad corda mittit C. quod odōrem in ōre habet
B. quod līlia premit D. quod dolīs caret
30. quō modō flōs est ūtilis?
A. anguēs deterret B. mortem fert C. est cibus D. est rēmēdium
31. quid significat “Falernō?”
A. urbem B. anguem C. vulnus D. vīnum
32. quō in locō flōs pōnātur ut vīrēs medicāminis habeat?
A. in auribus B. in capite C. in vulnere D. in oculīs
33. quībus flōs dēniquē prodest?
A. oculīs B. auribus C. membrīs D. vōcibus

**Passage 4 — Lucan, *Pharsalia*, II.439-461
Caesar Brundisium iter facit**

34. quō modō Caesar iter facit?
A. lentē B. sine exercitū C. magnā ātrōcitatē D. dīligerter
35. cūr Caesar gaudet?
A. quod paucī interficiendī erant C. quod viae sunt vacuae
B. quod omnēs viae sanguine aspersae sunt D. quod nūllī mīlitēs sanguinem āmīsērunt
36. ubi Caesar iter facit?
A. ad Hispāniam B. Romam C. per Itāliam D. ē Graeciā
37. quāle est iter quod Caesar facit?
A. difficile B. angustum C. breve D. plēnum proeliōrum
38. cūr oppidum patentibus portīs Caesarī nōn placet?
A. quod oppidum vacuum intrāre cupit C. quod barbarī Caesarī occurrere dēbent
B. quod frangere portās māvult D. quod portae haudquāquam pulchrae sunt
39. placetne Caesarī colōnōs fundōs patefacere?
A. valdē quod mīlitēs dēfessī sunt C. sine dubiō, Caesar paucōs mīlitēs habet
B. paulum, quod clēm̄ntiam dēmōnstrāre vult D. minimē, populārī fundōs ferrō ignīque cupit
40. cuius Caesarem pudet?
A. per viās vacuās iter facere C. hostēs interficere
B. cīvēs in proeliō vidēre D. celeriter ire
41. cūr urbēs Latīi dubitant?
A. quod cīvēs armātī sunt C. quod nēsciunt cui fāveant
B. quod Caesar praesidium nōn mīsīt D. quod incertae sunt num satis pecūniae habeant
42. quid urbēs Latīi facere in animō habent?
A. in proelium ruere B. Caesarem terrēre C. Caesarī cēdere D. ex urbe fugere
43. quō modō urbēs Latīi sē nōn firmant?
A. agrōs incendunt B. aggerem mūniunt C. vallum aedificant D. saxa aptant

44. cui urbēs favet?
 A. Pompēiō Magnō B. Caesarī C. neutrī D. ambōbus
45. quōcum populus comparātur?
 A. cum fidibus B. cum terrōre C. cum marī D. cum flātibus Austrī
46. quālēs sunt flātēs Austrī?
 A. brevēs B. domitī C. madidī D. horrisonī
47. quis tellūrem laxāre et Eurum inmittere potest?
 A. nēmō B. Pompēius C. Aeolus D. aequor
48. quem Eurus dēsignat?
 A. Pompēium B. Caesarem C. populum Rōmānum D. urbem
49. quī in hāc fābulā ventus est potentior, Eurus an Auster?
 A. Eurus B. neuter C. Auster D. incertum est
50. quō modō terror mentēs hominum afficit?
 A. terror mentēs firmant C. terror mentēs cōnsōlātur
 B. terror mentēs dubiās reddit D. terror mentēs nōn afficit

**Passage 1 — Catullus, *Carmina*, IX
amicus domum revenit**

Vērānī, omnibus ē meīs amīcīs
antistāns mihi mīlibus trecentīs,
vēnistīne domum ad tuōs Penātes
frātrēsque ūnanimōs anumque mātrem?
vēnistī. ō mihi nūntiī beātī!
vīsam tē incolumem audiamque Hibērum
nārrantem loca, facta, nātiōnēs,
ut mōs est tuus, applicānsque collum
iucundum ōs oculōsque suāviābor.
ō quantum est hominum beātiōrum,
quid mē laetius est beātiusve?

Passage 2 — Vergil, *Aeneid*, IX.459-472

Rūtulī (mīlitēs Turnī) contrā Trōiānōs (mīlitēs Aenēae) bellum parant

Et iam p̄rīma novō spargēbat lūmine terrās
Tithōnī croceum linguēns Aurōra cubīle.
iam sōle īnfūsō, iam rēbus lūce relectīs
Turnus in arma virōs armīs circumdatus ipse
suscitat: aerātāsque aciēs in proelia cōgunt,
quisque suōs, variīsque acuunt rumōribus īrās.
quīn ipsa arrectīs (vīsū miserābile) in hastīs
praefīgunt capita et multō clāmōre sequuntur
Euryalī et Nīsī.

Aeneadae dūrī mūrōrum in parte sinistrā
oppōsuēre aciem (nam dextera cingitur amnī),
ingentēsque tenent fossās et turribus altīs
stant maestī; simul ōra virum praefīxa movēbant
nāta nimis miserīs ātrōque fluentia tabō.

Passage 3 — Walahfrid Strabo, *de Cultura Hortorum*, XV

Līlia

Līlia quō versū candentia, carmine quōve
Iēiūnae macies satis efferat ārida Mūsae?
Quōrum candor habet niveī simulācra nitōris,
Dulcis odor silvās imitātur flōre Sabeās.
Nōn Parius candōre lapis, nōn nardus odōre
Līlia nostra premit, nec nōn sī perfīdus anguis
Ingentīs collecta dolīs serit ōre venēna
Pestiferō, caecum per vulnus ad intima mortem
Corda feram mittēns, pistillō līlia praestat
Commācerāre gravī sūcōsque haurīre Falernō.
Sī quod contūsum est summō līventis in ore

Pōnātur punctī, tum iam dīnoscere vīrēs
Magnificās huiuscue datur medicāminis ultrō.
Haec etiam laxīs prodest contūsio membrīs.

Passage 4 — Lucan, Pharsalia, II.439-461

Caesar Brundisium iter facit

Caesar in arma furēns nūllās nisi sanguine fūsō
gaudet habēre viās, quod nōn terat hoste vacantēs 440
Hesperiae fīnēs vacuōsque inrumpat in agrōs
atque ipsum nōn perdat iter cōsertaque bellīs
bella gerat. nōn tam portās intrāre patentēs
quam frēgisse iuvat, nec tam patiente colōnō
arva premī quam sī ferrō populētur et ignī. 445
concessā pudet ire viā cīvemque vidērī.
tunc urbēs Latīi dubiae variōque favōre
ancipitēs, quamquam prīmō terrōre ruentis
cessūrae bellī, dēnsō tamen aggere firmant
moenia et abruptō circumdant undique vallō, 450
saxōrumque orbēs et quae super ēminus hostem
tēla petant altīs mūrōrum turribus aptant.
prōnior in Magnum populus, pugnatque minācī
cum terrōre fidēs, ut, cum mare possidet Auster
flātibus horrisonīs, hunc aequora tōta secuntur, 455
sī rūsus tellus pulsū laxāta tridentis
Aeoliī tumidīs inmittat flūctibus Eurum,
quamvīs icta novō, ventum tenuēre priōrem
aequora, nūbiferōque polus cum cesserit Euro
vindicat unda Notum. facilis sed vertere mentēs 460
terror erat, dubiamque fidem fortūna ferēbat.